



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

2 In timore tuo sit tibi gloriatio, & omnis narratio tua in præceptis  
Altissimi. Eccl. 9.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

*Liber primus.*

3

tiam, quæ & ipsa huic suo operi conju-  
geretur, ita ut hæc tria totum facerent  
hominem.

Attende paulisper, & considera Sa-  
pientiam Dei, dum hæc tria ita sibi diffe-  
rentia concluderet, simul jungere, & ex  
ipso excellentiam sui operis formare!  
Considera quanta hæc sint miracula,  
dum in homine sunt conjuncta! & quan-  
ta infelicitas dum separantur.

Dum enim gratia rejicitur, vel ipsa  
ab anima recedit, ecce reprobationem  
& peccatum: dum corpus separatur ab  
anima, ecce mortem: dum autem ani-  
ma separatur à corpore & gratia, ecce  
infernum: quæ sunt tria horrenda & me-  
tuenda objecta. Quod si verò iterum  
conjungantur, sunt è contrà tres pul-  
chritudines cælestes, & tria maxima mi-  
racula divinæ potentiarum, ita enim simul  
juncta constituunt verum hominem. *Ti-  
me Deum, hoc est omnis homo.*

**REGULA SECUNDA.**

*In timore Domini sit tibi gloriatio,*  
*& omnis narratio tua in preceptis*  
*Altissimi. Eccl. 9. A 2 PA-*

*Timor Domini & Deo esse fidelis, sit honor  
tuus, & si vis ut respiciaris & aestime-  
ris, utque in facie tua sit ea modestia,  
in actionibus ea firmitas, & tranquil-  
litas spiritus, quæ homines super alios  
extollit, semper mente revolve benigni-  
tatem Creatoris, & ejus perfectio-  
nes & viternas, animum tuum eò dirige,  
ut non in alio quam in Deo spem &  
actiones tuas colloces.*

**REFLEXIO.**

**N**on superbū imiteris, quēm pu-  
det timere & adorare Deum, quia  
plebs eum timet & adorat, quiq[ue] ho-  
norem quærerit in vilipendendo ea, quæ fa-  
cere obligatus est.

Non formes tibi proprias opiniones  
& regulas, & non accipias pro signo ali-  
cujus nobilitatis, non ita sicut alii velle  
apparere, nec credas, quod aliqua stul-  
ta inventa opinio plus valeat, quam  
communis quædam doctrina.

Quasi verò ideo quod sis nobilis, tibi  
videatur indecorum, ea facere, quæ plebs  
facit,

facit, cùm potius deberes studere, omnia melius quām plebs peragere.

Hinc non sequaris ejusdem devotiones, sed eas transcendas; non imiteris plebem in via salutis, & sanctis justitiæ exercitiis, sed considerando tuam conditionem, progrediaris primus, & sis omnium exemplo.

Tene tuum locum in templo, & non permitte, ut aliquis te sit devotior aut modestior, & quia alios præcedis nobilitate, sit locus tuus ante altare, & sis in Sacrificio propinquior Deo, ac intensior in oratione.

Recordare quod non sit medium securius, quo præcedas communem plebem, quam si fueris magis quām ea, humilis ante supremam divinam Majestatem, & hanc perfectius adoraveris.

### REGULA TERTIA.

*Vanitas vanitatum, universa vanitas, & afflictio spiritus. Eccl. 1.*

#### PARAPHRASIS.

*In nullo amorem figas quam in Deo, verum enim bonum & verum gaudium*

A 3

nen